



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quare Deus est timendus, ne peccemus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

mini tuo da gloriam, inquit Propheta. Sperare debet dona Dei, sed propter illa non mea opera facere, sed ex charitate, sicut filius seruit patri primò, quia pater eius est: deindè, quia sperat hæreditatem: at seruus solùm seruit propter precium &c. Dilectio est immerita misericordia, fauor, gratia, quæ exhibitur proximo propter Christum, hoc est, sit propter Christum & illum respicit, nõ pro merito proximi vel odiũ, eò quod dilectio est immerita gratia vel fauor immeritus, qui exhibitur proximo ppter Deũ.

CAP. XXXVIII.

ARGUMENTA.

1. *Quare Deus est timendus ne peccemus.*
2. *Quomodo peius contingit relabētibus in pristina vitia, & hic, & in futura vita.*
3. *Quòd timentibus Deum semper prospere & bene omnia succedunt.*

4.

DVO nos allicere debent ad timorẽ Dei, ne peccemus: primò, quia pater est: id eò charitas nos debet abstrahere à peccato, vt timeamus, ne offendatur pater celestis. Mal. 1. Si ego Dominus vester, vobis est timor meus? bonus filius qui patrem diligit, is timet eum offendere. Eccles. 1. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Signanter inquit, timor Domini: non dicit, timor pænæ, aut timor perditionis diuitiarum vel salutis, sed, Domini. Secundò, ad timorem nos allicere debet ne peccemus, grauitas peccati. Sic enim Deus detestatur peccatum, vt de illo placari non potuerit, nisi filius suus occideretur. Non igitur leuis res est, peccare & Deum offendere. Esa. 53. Po-

suis

fuit in eo iniquitatem omnium nostrum, & nos li. 1. Pet. 2.
uore eius sanati sumus. Maximè ergò nobis incute-
re debet timorem, ne iterum peccemus, tam grauis
offensio Dei, peccare contra legem DEI. Vbiq̃
ergò scriptura admonet, vt nunc iustificati, cessemus
peccare.

Deindè terrere nos debet, vt Deum timeamus, ne 2.
nobis iam iustificatis peius contingat, si sine timore
Dei relapsi fuerimus: Sic inquit Christus Ioan. 5. Ec-
ce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi
aliquid contingat. & 2. Pet. 2. Qui rursus peccatis im-
plicatur, fiunt posteriora eius peiora prioribus: me-
lius enim erat, eos nō cognouisse veritatem, &c. Ca-
nis reuersus ad vomitum, & sus lota ad volutabrum
luti. Extant quoq; exempla terribilissima Adæ in in-
nocentia creati, Genes. 2. Quam dum peccando per-
deret, ipsa & tota eius posteritas punita est: quid pro-
fuit habuisse innocentiam, quam peccado iterum per-
didit? Insuper Exod. 20. minatur Deus in tertiam &
quartam generationem punitiōem trāsgressoribus
suorum mandatorum, qui Deum non timent. Et Ex-
odi 32. adorationem vituli occisione 23. millium vin-
dicauit, & domus Hieroboam, qui erexit duos vitu-
los aureos, nouum erigens cultum Dei, & instituit
sacerdotes infimos de populo, penitus deletur, 3. Re-
gum 14. Chore, Dathan & Abiron, in re Ecclesiastica
volebant pares esse Moyfi & Aaroni, & deuorantur à
terra viui, Numer. 16. quid profuit illis exiuisse Ae-
gypto? Punitur quoq; populus fame & carentia plu-
uię per annos tres & menses sex propter claudicatio-
nem in fide, 3. Reg. 18. ad vtrāq; partem, sicut impro-
perat illis Helias Propheta. Murmur populi & inobe-
dientia plebitur sensim morte sexceterum millium
virorum, Num. 14 & à serpentibus interficiuntur &c.
Maria Moyfis soror lepra percutitur, Numer. 12. cap.
Blasphemus lapidatur Leui. 24. temerās sabbathum,
K 4 lapida-